

Nicolaus Schütze Anton Hoting


Positiones Iuridicae De Beneficio Competentiae

Rostochii: Kilius, 1637


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749364548>


Druck Freier  Zugang





N. N. — 1 (60.)





POSITIONES JURIDICÆ
DE
BENEFICIO COM-
PETENTIÆ.

Conc. Cred.

LIEBERKÜHNĒ

QVAS

Deo Opt. Max. auspice

De consensu & autoritate Amplissimæ Fa-
cultatis in incluta ROSARUM Juridicæ

PRÆSIDE

Viro Amplissimo & Consultissimo

DN. NICOLAO Schützen / J.U.D.

ibidemq; Codicis Profess. publ. Præceptore &
Promotore suo omni observantiæ genere
perpetim colendo

publicæ disquisitioni subjicit

ANTONIUS HORN

Oldenburgius A. & R.

In Auditorio Majori ad diem 1^o Mens. Decembr.
horis solitis.



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII. Acad Typogr.

ANNO M DC XXXVII.

C. B. D.

DE beneficio COMPETENTIÆ, seu exceptione NON sum condemnandus ultra quam facere possum, materia non minus utili quam difficili & subtili, acturis nobis, ita videtur id commodissimè fieri posse, si 1. videamus quid hoc beneficij genere contineatur & quid sit facere posse, 2. dicamus quibus personis & in quibus causis competat. 3. quando sit allegandum, quodnam item tempus, in estimatione ejus, quod quis facere potest, judici inspicendum sit, ostendamus.

Thesis I.

Cum debitores regulariter non solum conveniantur in solidum, verum etiam in solidum condemnentur, adeoq; etiam solidum præstare cogantur, ut si per inopiam id non possint, postulante Creditore in carcerem detrudantur, nisi bonis cedere malint *l. 1. C. qui bon. ced. pos. Dn. Vultei ad §. Sunt præterea Inst. de Action. n. 24. Amplissimus Dn. Ummius disp. ad Process. jud. directa ult. th. 5.* Per beneficium tamen, quod vocant, Competentiæ, seu, Privilegium Exigendi, cujus autor Divus Pius fuisse videtur *ex l. 20. ff. de Rejud. l. 28. de Reg. jur. l. 12. de Donation. id consequuntur quidam, ut teneantur saltem catenus, quatenus facere possunt l. 6. l. 12. de Rejud. & sim. seu quatenus facultates ipsorum patiuntur §. item si de dote Inst. de Action. scilicet commodè & honestè, Gloss. ad l. In condemnatione. de Reg. jur. [Sophisticum enim esset, verba illa velle aliter interpretari docente Duareno ad l. 16. de Rejud.] hoc est, ut ne quidem totum quod habent, ipsis extorqueatur, sed insuper etiam ratio eorum habeatur, ne egeant *l. 19. in fin. de Rejud. l. in condemnatione ff. de Reg. jur. l. 49. cum seq. de Rejud.**

A 2

2. Unde

2. Unde relinquitur ipsis tantum nomine alimentorum, ex quo competenter vivere possint *l. 30. de Re jud. Dn. Ulmius d. th. 5. n. 17 in pr.* quod pertinet ad omnes qui beneficium competentiae habent *propter textum generalem in d. l. In condemnatione de Reg. jur.* ideoq; nec ad solas restringendum personas, quibus etiam non debitoribus alias alimenta debentur. *Vide Hilligerum in Donel. enuc. lib. 27. c. 9. lit. Gg Gloss. ad d. l. In condemnatione.*

3. Victus autem & alimentorum appellatione veniunt non solum ea, quae ad esum potumq; pertinent, sed & caetera quae ad vivendum homini sunt necessaria, Vestitus [in quo etiam lectus *l. 25. §. 3. de Aur. Argen. legat. l. 234 §. fin. de Verb. signif. Godd. ad l. 45. eod.*] & Habitatio *l. 43. cum seq. d. l. 234. de V. S. l. 6. de Aliment. leg. Schneidvv. ad §. Sunt praeterea n. 6. Inst. de Action.* An etiam quae ad disciplinam pertinent? Vix videtur affirmandum propter *d. l. 6. de Aliment. legat.* & tamen in nostris etiam terminis affirmat *Colerus de Process. Execut. part. 2. c. 3. n. 12.* statuens in executione contra Scholarem venire etiam ea quae pertinent ad absolvendum cursum Studiorum; quae sententia juvatur *l. 4. Ubi pup. educ. deb.* nec ratione caret in iis quibus iure sanguinis vel officio iudicis alimenta etiam alias debentur. *Vide Gotkof. ad d. l. 6. de Alim. leg.*

4. An autem, si persona, cui beneficium hoc competit, habeat uxorem, liberos & familiam, quam de necessitate alere tenetur, in deductione ne egeat, sit habenda ratio istius familiae, anceps est quaestio? Sunt qui negant ex hoc fundamento, quod privilegium competentiae sit personale, ideoq; solius personae, cui concessum est, ratio haberi debeat, quos citat ipseq; sequitur *Colerus d. c. 3. n. 125.* ex alio fundamento negant alij, *Vide Schneidvv. ad §. Sunt praeterea n. 8. Inst. de Action.* Contra sunt qui affirmant, nec ante dictum fundamentum huc pertinere putant, cum praesertim ea ipsa persona, cui datum privilegium, hoc ipsum alleget, & amplius uni personae concessum, accessorijs quoq; iisq; datum intelligi debeat, sine quibus persona illa concessio privilegio commodè uti nequeat *arg. l. 2. 3. & 4. de Usu & Habit. l. pen. de Precario Decius ad l. in omnibus 68. de Reg. jur. n. 8. & 9.* & in terminis uxoris consistet, ipsam ferè privilegio mariti uti *Enenckel. de Privil. lib. 2. c. 4. n. 76.* & huic affirmativae astipulatur *Harprecht ad §.*

ad §. fin. Inst. de Action n. fin in verbo Familia, & pro ea facit l. 20. §. 2. Fam. Ercif. l. 8 ff. de Agnos. & alend lib. l. 3. §. 6. de Penul legat. Nos quid statuamus in ipso conflictu dicemus.

5. Merito autem in hac alimentorum definitione ratio habetur ætatis, an nimirum debitor sit senex vel juvenis: nec enim tantum relinquendum in alimenta seni, quantum juveni, cum hic diutius victurus præsumatur illo *Schneidvv. ad d. §. Sunt præterea n. 4.* ubi tamen hoc tenendum, quod, si diutius vixerit debitor, ei deinceps suppleri debeat per Creditorem, quod deest, si verò præsumptione citius moriatur, tunc porro urgeri debeat executio per creditorem in istud residuum *Coler. d. c. 3. n. 124.* ubi fatius esse dicit, ut debitor separetur cum certis bonis, quæ ad vitam suam obtineat, fructus inde percipiendos, devoluturus eadem post mortem in creditorem pro quantitate debiti.

6. Nec minus attendenda Valetudo Debitoris, quin pro illius constitutione definitio alimentorum vel amplianda & extendenda vel restringenda *Schneidvv. in ad d. §. n. 7. Soarez in recept. sent. lit. A. n. 163.* ubi alimenta ex necessitate præstantem, & medicinas affecto corpori necessario præstare teneri, commune ait, & facit huc *l. 22. §. 3. Solut Matrim. l. 18. §. 2. Commod. l. 5. §. 2. de Agnos. & alend lib.*

7. Nec dignitas quidem debitoris planè extra considerationem ponenda, cum lautioribus cibis Nobilem, Doctorem, & alium in dignitate constitutum vesci oporteat, quam plebeum & rusticum, cui pro victu quotidiano, casu, quo denegatur adversus ipsum executio solidi, sufficit constitui, panem atrium, allium & cepas *arg. l. 99. in pr. de Legat. 3. Schneidvv. d. loco, Coler. d. c. 3. n. 121. & 122.* Circa potum, vestes & habitationem eadem proportio videtur servanda.

8. Artificium etiam & Professio debitoris merito hinc inspicitur; unde si debitor is sit, qui ex operis & beneficio artis suæ se exhibere & alere queat, vel magis exigua vel planè nulla alimenta ipsi decernenda sunt, pro ut vel in totum vel pro parte cessat beneficij causa finalis, Ne egeat *arg. l. 5 §. 7. de Agnos. & alend lib. Schneidvv. ad d. §. Sunt præterea n. 7. Hillig. in Don. enuc. d. c. 9. lit. Ff.* neque enim propitiis auribus audiendus est is, qui cum ex opere artis suæ se alere queat, ad beneficium deductionis Ne egeat convolare audet, ut deinceps sibi
vacatio

vacatio contingat à laboribus, & frui detur bonis alieno labore patris
Coler. d. c. 3. n. 123.

9. Non inconvenienter hic etiam quæritur, an si debitor aliunde & ab alio ali debeat & queat, ut V. C. Filius à Patre, nihilominus contra creditorem, qui alias vel planè non vel in eventum demum non existentium, qui potiori & propiori jure alere tenentur, alimenta debitori subministrare cogitur, hoc beneficio uti queat? Sed cum & hic cesset causa finalis, Ne egere necesse habeat, *arg. l. 49. de V. si. n. f. & videtur negandum ipsum etiam beneficium. Vide l. 8. ff. de Agnos. & alend. lib. Nov. 117. c. 7.* Imò illud híc in genere notandum venit, quod cum quæritur, An debitor facere possit, non tantum spectentur res quas jam possidet, sed etiam eæ, quæ ipsi debentur & ad quas petendas actionem habet *d. l. Bonorum 49. de Verb. sign. l. 43. Solut. Matrim.* Hinc V. C. maritus facere posse videtur, non tantum id quod à quovis alio suo debitore consequi [scilicet de jure & factò; alioquin secuserit *l. 6 de Dol. Mal. Gloss. ad l. 28. Solut. Matrim.*] potest, sed etiam quod ab ipsa muliere; adeoq; híc etiam compensationi erit locus *d. l. 28. Solut. Matr.* prout hoc declarat *Duaren. ad illam l.* Quod tamen dubio non caret, si maritus in bonis nihil habeat, præter eam actionem, quæ ipsi adversus mulierem competit. *Duarenus jam dicto loco* putat maritum hoc in casu nec id quidem facere posse, quod ipsi debetur à muliere, ideoq; nec ipsam, si conventa fortè à viro, vel ipsa eundem conveniens compensationem V. C. dotis, quæ ipsi à marito debetur, ejusq; quod ipsa Viro debet, institui desideret, audiri *arg. l. 14. de Compensat.* à qua sententia non possum non recedere tum propter *l. 6. ff. de Compensation.* Si enim illud debitum compensari potest, quod nunquam, exigi potest, multo magis compensationi erit obnoxium nostrum, pro quo datur actio sed quæ tantum adversus possidentem ad tempus sit inefficax, tum propter *l. 8. & 9. ff. de Condiç. Indeb.* quæ cum probet solum à marito repeti non posse, non malè inde concluditur, huic ipsi à possidente ratione ejusdem debiti compensationem posse objici, nec juvat *Duarenum d. l. 14. de Compensat.* loquitur enim de Exceptione peremptoria, & de debito civiliter tantum, quod caret vinculo æquitatis *teste Bachovio ad §. Omnium Inst. de Obligat. n. 4.* adeoq; ipsi in nostris terminis non erit locus: Planè si personæ, cui alias

cui alias alimenta debentur, obijciatur compensatio, Duareni sententia possit esse locus.

10. Cæterum circa hanc ipsam æstimationem ejus, quod quis facere potest, occurrit quæstio non omnino expediti juris. An nimirum etiam sit deducendum æs alienum? Distingvendum videtur inter Donatorem & reliquos debitores privilegium competentia habentes, ita ut hi non deducant æs alienum *l. 49. de Re judic. l. 54. Solut. Matr* [ratio est in limitatione secunda subjecta] nisi vel 1. id ipsum sit privilegiatum, cujus causa semper potior esse debet *l. 3. quod cum eo qui in alien. pot. l. 52. in pr. de peculio*: nec immeritò; cum & hoc ipsum solum aliis repeti queat vel conditione ex lege, vel officio judicis, vel ex cautione interposita *l. pecunia C. de Privil. Fisci l. Ex facto §. 1. de Peculio l. 2. C. de hi qui in priorum Creditorum loc. Gloss. ad l. 3. ff. Quod cum eo Bachov. ad Treut. vol. 2. disp. 24. th. 6. lit. E. vers. sed colorem*, vel 2. sit tale de quo jam sententia lata sit, cum hic inter eos, qui sunt ejusdem conditionis, melior sit conditio occupantis *l. 19. de Re judic.* id est ejus, qui prior ad sententiam pervenit *l. 10. de Pecul.* cujus tamen, quando pervenitur ad actionem judicati & executionem sententia, non habetur potior ratio, *l. 61. de Re judic. Duaren. ad l. 19. de Re jud.* itaq; in hoc quidem melior est conditio occupantis, quod ipsi debitor condemneretur, non habito respectu ejus, quod alij debet, & quod, quando idem debitor secundo alij condemnatur, ratio habeatur ejus debiti, in quod jam primo est condemnatus: cum autem utraq; sententia deducitur in actionem judicati, ut executioni mandetur, non potest petere qui in primo judicio fuit primus, ut primo sibi satisfiat, sed uterq; admittitur pro rata portione debiti: imò si secundus præveniat, non habebitur ratio primi, ita ut & quoad hoc novum judicium occupantis, id est, in eo prævenientis melior sit causa: quæ consideratio evidentem habet usum, si forte bona debitoris post utramq; sententiam sint minorata *Gloss. ad l. 19. de Re jud.* vel 3. Socius conveniatur, qui deducit id quod ex societate debetur *l. 63. §. 3. Pro Socio*, rationem dabimus in ipso discursu, vel 4. filius de eo, quod gessit, dum in potestate fuit, conveniatur; nam & hic deducit id, quod debet his, qui cum ipso jam sui juris facti, contraxerunt *l. 3. ff. quod cum eo & c.* cum enim contra hos ipsos illud inductum sit, ut primi admittantur ad
agen-

agendum contra jus strictum, merito pro ipsis hoc introductum videtur *Glossa ad d. l. 3.* quæ tamen ratio particularis est [*Vide ib. 26.*] & forsan non concludens etiam si generalis foret. Ideoq; alia investiganda: Donator autem [*vide divisionem supra h. t. traditam*] deducat id quod creditoribus debet, *l. 54. Solut. Matrim. l. 19. §. 1. de Re jud.* idq; duplici ratione; 1. quod pinguius donatori succurrere debeamus, ne liberalitate sua inops fieri periclitetur *l. 49. cum l. seq. ff. de Re jud.* & verò periclitaretur conventus à cæteris postea creditoribus, contra quos beneficium non habet, quibus adeo excuteretur ad speram usq; & sacculum, nisi debitum iis ante conventus à creditoribus, ratione quorum privilegiatus est, deduceret, 2. ne in præjudicium verorum creditorum liberalitas debitoris vergat, & ne quis de alieno largiatur, *Donell. enuc. d. c. lit. I* i qua utraq; cessante, cessabit ipsa deductio, unde donator ea, de quibus ex eadem, scilicet Donationis causa, obstructus est, non detrahit *l. 12. ff. de Donat.* cum & hic occupantis sit melior causa *l. 19. §. 1. de Re jud. Duaren. d. loc.* Sed an priore sola, Ne inops fieri periclitetur, cessante, cesset statim deductio; ut si qui aliis donavit, idem debitor sit aliis sed iis, quibus non ultra quam facere possit sit condemnandus, conventus à Donatario non modò id non deducat, quod aliis ex causa donationis debet, sed nec id quod veris debitoribus, iis tamen contra quos beneficium competentia habet? *Vide Hilliger. in Donel. enuc. d. c. lit. Ll & seqq.*

II. Ex hætenus dictis, quid sit teneri & condemnari quem quatenus facere potest, utcunq; [neq; enim plenè hoc definiri potest, cum in facto magis quam in jure consistat ad exemplum *Mora l. Mora de Usuris.* & interesse *l. quatenus de Reg. jur.* ideoq; judicantis arbitrio ferè totum relinquendum *Duaren, ad l. 12. Solut. Matrim.*] patet. Unde sequitur 1. Si tantum sit patrimonium debitoris, ut post solutionem totius debiti etiam superesse queat unde vivat, ipsum licet sit ex personis, quibus privilegium competentia aliàs competit, in solidum teneri, non obstante, quod ea ratione deinceps cum minori splendore, quam hætenus salva adhuc & integrà omnino facultatum substantià, vitam suam transigere necesse habeat *Coler. d. c. 3. n. 120.* 2. Si post solutionem solidi vel nihil superfuturum sit, vel non tantum ut ex eo ali queat, non in solidum cum esse condemnandum, sed rationem ipsius

ipſius habendam Ne egeat 3. Debitorem, qui nihil poteſt ſolvere quin egeat, in nihil eſſe condemnandū. *Donell. enuc. d. c. lit. Pp. limita ex th. 9.*

12. Non autem hinc ſequitur, Creditorem ipſum ſolidum petere non poſſe, eumq; ſolidum petentem, caſu quo ſolidum debitor facere non poteſt, ſubjacere periculo & damno plus petentium: quamvis enim non ſemper ſolidum conſequatur, tamen ſolidum illi deberi *l. 47. §. 2. de Pecul.* debitoremq; in ſolidum condemnandum eſſe, niſi hanc exceptionem ex beneficio juris opponat, certum eſt. *Dn. Rittershuſ. ad §. Sunt præterea Inſt. de Action.* *Harprecht ad d. §. n. 2.* Sanè & quandoq; in id quod facere poteſt debitorem conveniendum eſſe legitimus *l. 16. l. 41. inpr. de Rejud. l. 12. de Donat.* Sed id de effectu accipiendum eſt, ut ex conventionem non ultra damnetur; unde alibi fit mentio exactionis & condemnationis *Donell. enuc. d. c. in ſn, Duaren. ad l. 16. inpr. de Rejud.*

13. Nec 2. hinc ſequitur ipſum debitorem, qui utitur beneficio competentia, omnino liberari: revera enim pro parte, quam non ſolvit, manet obligatus, adeò ut ſi ad pinguiorem poſtea fortunam perveniat, iterum de reſiduo conveniri queat *l. unie. §. 7. C. de Rei Uxor. act. l. nec maritus §. C. Solut. Matrim. l. 8. §. 9. juncta l. 40. ff. de Condiſt. Indeb. arg. l. 30. §. 4. de Pecul. Bachov. ad §. Sunt præterea & ad §. Item ſi de dote n. 3. Inſt. de Action.* Semper tamen habita deductjonis ratione Ne egeat. *Schneidvr. ad d. §. Sunt præterea n. 9.* Unde illi ipſi, qui hac exceptione uti deſiderant, cautionem exponere coguntur de ſolvendo vel toto vel reſiduo, ſi ad meliorem fortunam pervenerint *l. unie. §. 7. C. de Rei Uxor. act. l. 63. §. 4. Pro Socio l. 47. §. 2. de Pecul.* qui textus, licet de marito & ſocio tantum loquentes, recte ex identitate rationis extenduntur ad cæteros etiam debitores huc pertinentes *Schneidvr. ad d. §. Sunt præterea Inſt. de Action. n. 9. Donell. enuc. d. c. lit. Rr. in not.* Et tamen cautionem hanc non præciſè fidejuſſores deſiderare non obſcurè probat *d. 63. §. 4. Pro Socio.* docens nimirum ſufficere nudam promiſſionem, quæ etiam alias nomine Cautionis ſimpliciter prolata ſignificatur *l. Sancimus C. de V. S.* cum amplius non facile reperturus ſit inops debitor fidejuſſores *Duaren ad l. 16. de Rejud.* quamvis qui contrarium ſtatuunt juventur & ratione, quod ſcilicet nuda promiſſio Creditori, cui jam antè eſt obligatus debitor, nihil vel certè

B

parum

parum profutura sit, & textu c. Odoardus X. de Solut. requirente idoneam cautionem, qualis est, quæ fit fidejussoribus vel pignoribus l. 4. §. 8. de Fidei commiss. lib. l. 59. inf. ff. Mandati l. 1. §. 9. de Colbat Gail. 1. Observ. 26. n. 6. de quorum conciliatione amplius cogitandum: nec enim sapit decisio Schneidw. ad d. §. Sunt præterea, n. 9. distinguentis inter debitores, ut d. c. Odoardus intelligi debeat de illis qui fidejussores, quos dent, habere possunt, sed d. l. 63. §. 4. de iis qui fidejussores habere nequeunt, in quorum adeo defectum sufficiat præstari ab his juratoriam cautionem: dantur quidem casus, quibus juratoria cautio admittitur in subsidium fidejussionis Nov. 112. c. 2. in pr. & Nov. 134. c. IX. Boccer. class. 5. disp. 8. th. 73. & seq. Sed ad illos quo minus nostrum referam facit d. l. 63. §. 4. Pro Soc. nudam saltem promissionem, quæ species cautionis diversa est à juratoria cautione arg. Rub. ff. Qui satūd. cog. §. Sed hodie 2. Inst. de Satūd. & quidem semper indistinctè requirens: nec facile invenias in jure casum, quo in subsidium fidejussionis admittatur nuda promissio, quamvis hoc constitutum legamus, ut si à volente fides habita fuerit promittenti sine satis datione, idoneè cautum videatur in d. l. 4. §. 8. de Fidei comm. lib. 1.

14. Jam II. introducendæ veniunt personæ, quibus & causæ in quibus hoc beneficium datur; ubi primò sese offerunt illæ personæ quæ ob id quod sanguine Creditori junctæ sunt, hoc beneficium habent; quò pertinent à Parentibus conventi liberi §. 38. Inst. de Action. l. 7. §. 1. de Obseq. Parent. juncta Nov. 117. c. 7. l. fin. §. ipsum autem C. de Bon. quæ lib. l. 16. inf. l. 30. de Re jud. sive in potestate sint, casu tamen quo inter illos actio esse potest l. 4. de judic. Duaren. ad d. l. 16. de Re jud. sive non l. 5. §. 1. de Agnos. & alend. lib. cujuscunq; sint sexus d. l. 5. §. 12. & 5. l. 8. eod. d. Nov. 117. c. 7. & gradus in infinitum d. l. 5. §. 2. & 3. l. fin. §. ipsum autem C. de Bon. quæ lib. [frustra itaq; sunt qui hoc restringunt ad solos filios, nec extendi volunt ad nepotes & posteriores descendentes Vide Dn. Ummium de Process. disp. 23. th. 5. n. 27.] etiam naturales Nov. 15. c. 8. Nov. 89. c. 12. §. 4. & 6. & vulgo quæsitæ à matre d. l. 5. §. 4. Vix tamen [neq; enim quid certi hic defini verim; cum, licet ab eo quod debitor à Creditore aliàs alimenta consequi queat, rectè argumentemur ad inferendum beneficium competentæ, nam cui damus actionem, ei multò magis exceptionem, competere quis dixerit l. 1. §. 4. de superfi-

Superficieib. c. Qui ad agendum 71 de Reg. jur. in 6to, non tamen à negatione illius, ad negationem hujus firmiter concludatur, quia non raro in jure nostro Exceptio pro retinenda re possessa datur, pro qua tamen consequenda non datur actio. Exempla tradit *Decius. ad l. 28. de de Reg. jur. n. 5.*] jure civ. injustè concepti à Patre arg. *d. l. 5. §. 6. & nati ex complexibus nefariis, aut incestis aut damnatis arg. Nov. 89. c. 15. & Nov. 12. c. 1. & 2. Auth. Ex Complexu C. de Incest. nupt.* Hodie quin etiam hi hoc privilegio gaudeant nullum dubium remanet, si verum quod vulgò tradunt Dd. his ipsis etiam alimenta deberi ubiq; per Pontificis constitutionem; Vide *Soarez in recept. sent. lit. A. vers. 166.* Quod de liberis dictum est etiam in parentibus obtinet per supra citatos textus, etiam impiis *Nov. 12. c. 2. vide ib. 28.* — An ea in re differant à liberis *Vide l. 5. §. 11. de Agn. & alend. lib. Colleg. Argent. d. tit. n. 9.* An autem hoc beneficium extendendum erit ad Parentes & filios adoptivos? ita videtur per *L. 45. de Adoption.* An ad vitricum, novercam, privignos? *Vide §. Socrum quoq; 7. Inst. de Nupt. junct. a l. 15. §. fin. cum l. seq. Solut. Mat. Donel. enuc. d. c. lit. H.* An ad parentes & filios spirituales? *Vide Schæidvv. ad §. Sed et si quis Inst. de Action. n. 2.*

15. Fratres quoq; & Sorores à se invicem conventi ob sanguinis necessitudinem hoc beneficium habent arg. *l. 63. in fin. pr. Pro Socio:* nam propter quod unum quodq; tale est, illud magis est tale; & cum igitur ex hac ratione Socij utantur hoc beneficio, quod sint instar fratrum, etiam & magis veri fratres eodem utentur *Bachov. ad §. Sed et si quis Inst. de Act. n. 2.* faciunt etiam huic *l. 4. Ubi pup. educ. deb. l. 1. §. 2. de Tul. & rat. distrab. l. 13. §. fin. de Admin. Tut. l. 73. §. 1. de jure dot. l. 20. Solut. Matrim.* per quas cum probetur fratres sororesve sibi mutuo alimenta debere meritò hic circuitus [cum etiam dolo faciat, qui illud petit quod restituere necesse habet *l. in condemnatione 173. §. fin. de Reg. jur. & c. dolo facit 59. eod. in 6to* quæ ratio in considerationem venire potest circa omnes, qui aliàs debitori alimenta præstare tenentur] vitari debet *Vide Donell. enuc. d. c. lit. E. in not.* & hoc verum est non tantum in fratribus germanis sed etiam in consanguineis *l. 12. §. 3. de Administ. Tut.* vix in uterinis propter *d. l. 12. §. 3. Admin. Tut.* & tamen his etiam alimenta deberi, communem esse ait *Soarez in recep. sent. lit. F. n. 338.* Ad comprivignos autem & Adoptivos fratres non facile quis

hoc ipsum beneficium porrexerit: illud certum est, jure civili fraternitatem illam, quæ est inter omnes Christianos, hic non attendi; cum aliàs inanis futura esset distinctio personarum, quod quaedam infolidum, quaedam in id saltem quod facere possunt, condemnanda sint. *Duaren. ad l. 16. de Re jud.* An autem jure divino idem obtineat, an potius contrarium eo ipso defendi queat, Theologis relinquo disputandum: Mihi hoc quidem tempore cum jure civili res est, quo ipso An ad ultiores, ex latere conjunctos hoc beneficium extendi queat, ipsa Collatio ostendet.

16. Conjunctio matrimonialis etiam quasdam personas hujus beneficij capaces reddit, inter quas est maritus [an etiam putativus, cum fortè matrimonium ob aliquod impedimentum non consistens de facto est contractum? Non improbabilis videtur distinctio inter scienter & ignoranter contrahentes *l. 57. in pr. de Rit. Nupt. l. 22. §. fin. l. 42. §. 1. Solut. Matr. Donell. enuc. d. c. lit. F.*, adde ea quæ affert *Bachov. ad Tr. Vol. 2. disp. 24. th. 7. lit. B. vers. Et in matrimonio*], non tantum dotis nomine, sed & ex aliis contractibus *l. 17. l. 20. de Re jud.*, non tantum stante matrimonio, sed etiam eo soluto [si tamen culpa ipsius sit dissolutum matrimonium aliud fortasse dicendum *arg. l. 37. de Minor. vide Schneidv. ad §. Item si de dot. n. 4. Dn. Ummium d. disp. 23. th. s. n. 27.*] de gestis tamen durante adhuc matrimonio conventus *l. un. §. 7. C. de Rei Uxor. act.* nam si soluto matrimonio quid gesserit cum ea, quæ antea uxor fuit, in solidum tenetur *l. 35. de Negot. gest. Schneidv. ad d. §. n. 3.* nisi contractus post divortium habitus sit accessio obligationis principalis contractæ in matrimonio, unde si maritus dotem, quam uxori debet se soluturum, soluto quamvis matrimonio, constituerit, beneficium hoc saluum ipsi erit *l. 3. in pr. de Constit. pecun. Duaren. ad l. 20. de Re jud.* Sed an maritus etiam de gestis ante matrimonium contractum hoc beneficio fruatur quæstionis est? Affirmativa arridet. *Hilligero in Don. enuc. d. c. lit. Bb.* quæ facilius admittetur, si constante adhuc matrimonio, sicut etiam assertionem suam limitare videtur *Donell. d. loc. de iis agatur*, difficilius quando dissoluto.

17. Quæritur amplius, an, si res dotalis adhuc extet, maritus in hac ipsa privilegio Exigendi uti possit? Sunt qui negant eò quod in dolo sit maritus rem possidens & tamen eam restituere nolens, adeoq;

- hoc

hoc beneficio indignus. At hisce rectè contradicunt alij statuuntq;
hoc in casu maritum, dum allegat beneficium competentia, jure suo
uti adeoq; extra dolum esse *l. Nullus 55. de Reg. jur. Harpricht ad §.*
Item si de dote n. 7. Inst. de Action. Duaren. ad l. 12. Solut. Matrim. qui am-
plius huic beneficio nostro locum esse asserit, non solum quando mu-
lier actione dotis in personam repetit dotem, sed etiam cum eandem
juxta l. 30. C. de jure dot. vindicat, quoniam hæc vindicandi facultas
ita concessa mulieri intelligi debeat, ut marito juris beneficium non
adimatur, atq; ita ne penes uxorem sit potestas eludendi hoc ipsum.
Aliud est cum maritus convenitur ut quivis possessor, utputa, si post-
quam rem dotalem restituit, ejusdem possessio ad ipsum reversa fue-
rit, tunc enim non habet hoc beneficium *arg. l. 41. in fin. de Re jud.*
Duaren. ad d. l.

18. Quod de marito diximus, id etiam in persona mulieris æqua
lance servari æquitatis suggerit ratio *l. 20. inf. de Re jud.* Etsi enim mari-
to ob reverentiam ipsi debitam hoc beneficium tribui dicatur *l. 14.*
Sol. Matr. l. un §. 7. C. de Rei Ux. action. non tamen ea ratio sola, viro
propria, sed & alia communis, acctissima nimirum quæ est inter con-
juges conjunctio & vitæ societas *l. 17. §. 1. Solut. Matrim. l. 52. de Re jud.*
l. 1. de Rit. Nupt. l. 1. de Action. Rev. amot. l. Adversus. C. de Crim. Expil.
Hered. quæ non minus in uxore quam in marito militat. *Donell. enus.*
d. c. lit. G. & in not.

19. An Socer quoq; hoc beneficio fruatur, quæstionis est satis ve-
xata? Distinctione res expedienda videtur: Nimirum Socer, mariti Pa-
ter, cui jure & moribus Romanis filiosam. uxorem ducente, non verò
ipsi filio marito dos numerabatur *l. 85. Ad L. Falcid l. 2. C. Ne Fidei. dot.*
l. 2. C. Fam. ercise. unde etiam ipse Socer onera matrimonij sustine-
bat. *l. 56. §. 2. de jur. dot. & nomine doli in re dotali tenebatur l. 72.*
§. penult. de jur. dot. Bachov. ad Treut. Vol. 2. disput. 7. thes. 3. lit. A.
vers. An igitur & disp. 24 thes. 4. lit. H. vers. Socer, à nuru de dotis
repetitione sive constante matrimonio, quod ferè fit in unico
saltem casu Inopiæ mariti, sive eo dissoluto conventus, haud du-
biè habet hoc privilegium *l. 15. §. fin. Solut. Matrim.* cum propter
maritum patri quoq; ejus uxor reverentiam debeat, & Socer ipse
parentis locum obtineat *l. 16. vad.* At Socer, pater Uxoris, ex dotis
promis-

promissione e conventus constante quidem matrimonio habet hoc privilegium *l. 17. in pr. eod.* Soluto verò, [ubi necessariò supponuntur termini habiles, in quibus maritus etiam soluto matrimonio dotem exigere queat, quos vide *apud Wesenb. ff. Solut Matr. n. 5. & Zanger de Exception. part. 2. c. 14. n. 24. in l. 2. l. 12. de Pact. dot.*] non semper; quid enim si Socer specie futuræ dotis induxerit genero, ut cum sciret se præstare dotem non posse id egerit ut genero insidiaretur *l. pen. de jur. Dot.* quid si solutionem dotis cum jactura mariti, qui sustinuit hætenus onera matrimonii, distulit & sic non fecit quod facere debuit vel ad quod obligatus fuit *Zanger de Except. part. 2. c. 14. n. 21.* Sed tamen ex causa & persona si fortè dolum præsumptum ex circumstantiis personæ & causæ elidat. *Zanger d. loc. n. 23.* ei hoc erittribuendum *d. l. pen. de jure dot. l. 21. & seq. de Re jud. Bachov. ad Treut. vol. 2. disp. 24. th. 4. lit. H vers. Socer.* An Soceris hoc privilegium etiam extra causam dotis competit? Affirm. *Donell. enuc. d. c. lit. B.* Quemadmodum autem Soceris ipsis hoc beneficium competere diximus, ita idem vice versa Genero quoq; & nurui competere dicendum est *arg. l. 3. C. de Natural. lib. Vide Donel. enuc. d. c. lit. H.*

20. Meritorum ratio Patrono ejusq; liberis & parentibus hoc beneficium tribuit *l. 17. de Re judic. l. 5. 6. & 7. in pr. & §. 1. de Obseq. parent. & patr. l. 5. §. 20. de Agnoscend. lib. l. ult. l. 5. §. fin. eod. l. 1. C. de Oper. libert.* quod ipsum retinet Patronus, si sponte remiserit jus Patronatus; amittit vero si culpa sua perdidit jus Patr. ut vult *Duaren. ad l. Sunt qui. de Re jud. arg. l. ult. C. de Bon. libert.* An autem vice versa Liberti à Patronis conventi hoc beneficio uti possint, meritò hic quæritur? Sanè cum Patroni, ni amittere satagant jus Patronatus & cætera libertatis causa imposita, hereditatesq; libertorum, ipsos alere teneantur *l. 5. §. 1. de jur. Patron. l. 33. de Bon. libert. l. 6. in pr. de Agnoscend. & alend. lib. l. 18. cum seqq. de Oper. libert. l. 12. §. 3. de Administ. tut.* non malè inde concluditur ipsis etiam libertis beneficium competentis competere: quod amplius in terminis ferè probare videtur *l. 19. inf. pr. de Re jud. Vide Schneidvy. ad §. Sed etsi quis n. 3. de Actiõni.*

21. Ob magnam quoq; conjunctionem & necessitudinem, quæ est inter Dominum & Vasallum, reverentiamq; quam hic illi debet, ad similitudinem Patroni, Domino à Vasallo convento tribuit hoc benefi-

beneficium *Duaren. ad l. 16. de re jud.* quod maximè verum erit ex eorum sententia, qui volunt Dominum egenum à Vasallo alendum esse, inter quos est *Bocer. clas. 4. disp. 16. th. 35. Donell. enuc. d. c. lit. E. remissi- vè*: Sed dubium esse potest illis, qui hoc posterius negant ut *Vultej. de Feud. lib. 1. c. X. n. 45. pag. mihi 471. Soarez in recept sent. lit. F. n. 75.* & tamen non firmam omnino duci inde consequentiam ad negationem beneficij Competentiæ, jam ante ostendimus. Ultra placuerit sententiã in Patrono, eadem in Vasallo etiam à Domino convento ad exemplum liberti admittenda videtur. *Lib. 2. Feud. tit. 6. in fin.* An etiam inter Magistratum & subditum, inter Præceptorem & discipulum locus sit huic beneficio in ipso discursu videbimus. Certè vix negari potest, durum fore, si beneficium Competentiæ, ad omnes eos, quibus aliqua reverentia debetur, quosq; sine venia in jus vocare non licet, producere velimus *Duaren. ad l. 16. de Re jud.*

22. Ex ipso contractu & negotio gesto venit hoc beneficium Donatori *l. 19. §. 1. de Re jud. l. 12. de Donation l. Divus pius 28. de Reg. jur.* non tantum principali ex donationis causa proveniente, sed etiam constitutæ pecuniæ actione, si solvi donatum constituerit, convento *l. 33. in pr. de Donat.* Indignum enim visum est, eum qui convenitur ob liberalitatem omnibus bonis spoliari à Donatario atq; ita ad inopiam redigi *l. 49. cum seq. de Re jud.* quæ ratio cum in sola pugnet donatione simplici, quæ aliàs etiam sola donatio propriè appellatur *l. 1. in pr. de Donat.* sequitur ad eandem beneficium Competentiæ restringendum, nec ad donationem ob causam à fine donationis alienam esse extendendum *Duaren. ad l. 16. de Re jud.* Sicut & hoc certi juris est, ipsi etiam qui revera simpliciterq; donavit, si conveniatur non ut Donator sed ut possessor, ubi fortè rei donatæ & traditæ possessionem aliquo casu rursus nactus est, non tribui hoc beneficium, *l. 41. §. 1. de Re jud. Duaren. ibi.*

23. Ex contractu quoq; Societatis, quia jus quodammodo Fraternitatis in se habet, non fit condemnatio nisi in quantum quis facere potest. Hinc Socius omnium bonorum in omnibus *l. 16. de Re jud.* at unius fortè Rei certæ, quoties ex causa societatis illius convenitur *l. 63. in pr. Pro Socio atq;* ita uterq; quatenus Socius est, hoc beneficio fruatur. *Donell. enuc. d. c. lit. K. Duaren. ad d. l. 16.* Sed hic quaeritur; Si cum

tres

tres Socij essent, egerit cum uno ex Sociis socius, & partem suam integram sit consecutus, deinde alius socius cum eodem agat & partem consequi integram non potuerit, quia facere solidum non potest, an hic, qui minus consecutus est, cum eo agere possit qui solidum accepit, ad communicandas partes inter eos, id est, exæquandas, quasi iniquum sit ex eadem societate, alium plus alium minus consequi? Et magis est ut pro Socio actione consequi possit, ut utriusq; portio exæquetur, quæ sententia habet æquitatem *l. 63. §. 5. Pro Soc. o* cujus ratio est in ipsa lege: nec obstat hic, quod supra *th. 10.* diximus. Occupantis conditionem esse meliorem: obtinet enim id ipsum, quando ex diversis contractibus vel etiam uno non inducente jus fraternitatis sunt creditores; non quando ex uno quasi fraterno contractu. *Vide Gloss. ad d. l. 63. §. 5.* Ad Collegas quoq; quia dignitatis & officii communione Socij & fratrum sibi invicem loco sint, idem competentia beneficium inferri posse putat *Donell. enuc. d. lit. K. Tessaur. decis. 119. n. 3.* Sed dubito an rectè?

24. Favor militiae etiam militibus hoc privilegium indulget, tam iis, qui adhuc milites extra castra [ut quidem putat *Duaren. ad l. 6. de Re jud. Glossa verò in contrarium est ad d. l. 6.*] vel jam quoq; dimissi, modo ne ignominia missi fuerint *l. 4. §. 6. l. 13. §. 3. de Re milit. l. 26. in pr. de Test. Milit.* quam qui in castris contraxerunt *l. 6. in pr. l. 18. de Re jud.* non tamen honorariis iisque qui titulo tenus saltem sunt milites *arg. l. Qui sub pretextu C. de SS. Eccles. Duaren. ad d. l. 6.* An etiam militibus nostri seculi? Certè si in illis eadem periculorum, meritorum atq; laborum pro Repub. fuerit ratio, quæ in militibus Romanorum olim fuit, non sine injuria ipsis beneficium hoc negabitur, ut in genere disserit *Zoannett. tractatu de Rom. Imp. n. 61.* Sed de veritate ipsius suppositi litem impræsentiarum Ego quidem non facio meam. Potior mihi hac vice sit quæstio vulgò à Dd. hic agitata; An nimirum hoc ipsum competentia privilegium sit extendendum ad Militiam Togatam? Sanè quia nominatim in textibus citatis fit mentio militiae armatae, ad eamq; beneficium competentia restringitur, non possunt non videri exclusi milites Togati: quamvis contrarium ferè svadeat dignitas, propter quam etiam ejusmodi personæ in carcerem ex debito civili conjici nequeunt *arg. l. 6. C. de Profess. & Med. tum comparatio*

paratio eorum cum militibus armata militia; non minus enim pro-
vi'ent humano generi, quam si præliis atq; vulneribus patriam pa-
rentesq; tuerentur *l. 14. in pr. C. de Advoc. divers. jud.* & non minora, si
non majora, exiis quam ex armatis militibus commoda redundant
in Kemp. cum etiam ipsorum scientia totus mundus illuminari & ad
obediendum Deo ac Magistratui Vita subjectorum informati dicatur
in Aurh. Habita C. Ne Filius pro patre. Et affirmativa hæc, uti benigni-
or, ita vel ideo ab eruditis magis propugnanda, ne ipsi sui ordinis vi-
ros in angustia rei familiaris sæpe fortunæ magis, quam suo vitio con-
stitutos, ope sua deserant, rigidæ duritiei fœneratorum denudan-
dos exponant, ut monet *Hillig. in Donell. enuc. d. c. lit. N. in not.* secun-
dum quam dicendum foret, militiam armatam ibi non opponi toga-
tæ, sed inermi & imaginariæ. Ut cumq; autem ipsum beneficium com-
petentiæ Doctoribus & Professoribus concedi nequeat, hoc tamen
ipsorum dignitati & meritis tribuendum erit, ut mitiori via cum ipsis
procedatur, nec ignominiosa [si non jure saltem facto] cessio bono-
rum ipsis injungatur, neq; eorum bona à Creditoribus occupata pub-
licè distrahantur *Bachov. ad Treut. vol. 2. disp. 24. ib. 4. lit. H. vers. Profes-
sores.* Eadem vel certè major videtur esse ratio Militum militiae cœle-
stis, Clericorum scilicet: *arg. c. Odoardus X. d. Solut. Hilliger. d. c. lit. N.
Bachovius jam dicto loco.* An etiam Nobilium? vix hoc affirmare au-
sim, si sola dignitas citra considerationem meritorum inspicienda ve-
niat, *Vide Hillig. in Don. enuc. d. c. lit. N.*

25. Is quoq; qui bonis cessit [non qui cedit: ei enim nihil relin-
quitur, nisi ex singulari misericordia Creditoris *Hillig. d. c. lit. P. Bachov.
ad Treut. part. 2. disp. 24. tb. 4. lit. D.*] habet hoc privilegium: nam licet
de postea acquisitis, quæ idoneum emolumentum habent *s. ult. Inst.
de Actio. l. 6. de Cess. bon.* iterum conveniri queat, cum non, nisi soli-
dum Creditor receperit, debitor liberatus sit *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* in
humanum tamen visum est, spoliatum jam semel fortunis suis in so-
lidum iterum damnari *d. S. fin. Inst. de Actio. l. 4. Cession. Bon.* Hodie
qui cesserunt bonis nequidem indigent hoc beneficio, cum per ipsam
cessionem omnimodo liberentur, adeoq; nec iterum si ad pinguio-
rem fortunam perveniant, conveniri queant; sicut hoc ipsum testan-
tur Practici.

26. Non est hic silentio prætermittenda satis obscura constitutio
l. fin. C. de Revocand. his que in fraud. cred. Nimirum dicunt tum de-
mum fraudatorem ipsum. [qui in *d. l. casu fraudavit suos credito-*
res dum debitorem suum actu solenni, id est acceptilatione vide
l. §. fin. ff. Que in fraud. Cred. facta liberavit videturq; fuisse ipse
consulens,] si ab eo in quem alienatio facta est, res recuperari ne-
queat, teneri actione Pauliana sed jam quæstionis est, quatenus
& ad quid teneatur. Respondet d. l. In quantum facere potest:
quod novum valde & in conveniens videri queat; Competere nimi-
rum beneficium Competentiæ Fraudatori eiq; qui dolo fecit quo mi-
nus solidum facere possit [vide infra th. 29.] quem scrupulum ut tol-
lat Cujacius distingvit. 2. Observ. c. 5. Glossa ad d. l. varios casus fingit.
At Bachovius ad Trent. part. 2. disp. 24. th. 5. lit. G exilimat verbis illis
d. l. ult. Quod dolo fecit quo minus facere possit; non significari do-
lum in bonis post venditionem acquisitis, sed in ipsa alienatione fa-
cta in fraudem Creditorum à debitore commissum, ut quidem quo-
nam bona vendita sint, intentio Creditoris ita habeat In quantum fa-
cere possit Fraudator [cum non minus, qui coactus est pati bonorum
venditionem urgentibus Creditoribus beneficium habeat compe-
tentiæ, quam is qui sponte cessit, dum in utroq; militat ratio § ult. Inst.
de Action probante Cujacio d. loco] sed propterea quod dolo ejus ac-
ciderit, quo minus facere possit, in solidum condemnetur & in car-
cerem deducatur juxta l. fin. §. fin. ff. Que in fraud. Cred. cum etiam
qui aliàs beneficium competentie habet, si quid dolo commiserit, in
solidum [quod patebit ex seq.] condemnetur, de quo itidem non ab-
furdè dicatur, teneri eum in quantum facere potest, vel dolo fecit
quo minus possit, id est effectu ipso in solidum l. 63. §. 7. Pro Socio. Vide
rament th. 29. Cui ego conjecturæ acquiesco, usq; dum melior diffi-
cilimam hanc legem explicandi ratio afferatur.

27. In Filium item, qui sive per emancipationem, sive citra eam
sui juris factus *l. 2. §. 1. Quod cum eo qui in alien. pot.* aut ex heredatus,
[pro quo non habetur is, cui licet exheredato ex Scto Trebelliano he-
reditas patris restituta est, quia effectu quodammodo heres est *l. 5. §. 1.*
Quod cum eo] est, qui se abstinuit se hereditate [ubi etsi coactus im-
miscuerit se, perinde observandum est, ac si se abstinuisset, *d. l. 5. §. 2.*]
ejus

eius rei nomine, quæ cum eo contracta est dum in potestate esset, datur actio in id saltem quod facere potest *l. 2. inpr. & ff. eod. l. 3. §. 4. de minor. l. 5. Ad Sæm Macedonianum l. 10. §. 1. de Fidejuss.* modo brevi post agatur quam filiusfam. V. C. emancipatione sui juris factus est *l. 4. §. 4. Quod cum eo & c. Colleg. Argentorat. n. 3. h. t.* cum enim hoc modo propriam familiam habere filius incipiat, & nullum amplius vitæ subsidium à patre expectare possit, æquitas vsasit, ut ejus temporis nomine, quod fuit ante emancipationem, petitio pro modo facultatum ipsius moderetur, habita ratione ne egeat *Cujac. in Parat. ff. h. t. Oldendorp. class. 4. act. 7. pag. mihi 437.* aliam rationem affert *Wesemb. h. t. n. 3.* aliam item *Duaren. ad l. 49. ff. de Rejud.* quæ tamen non videntur adæquatæ, & partibus omnibus æquè convenientes. Cæterum ejus negotij nomine, quod contractum est à filio jam sui juris facto, in solidum ille tenetur, licet id ipsum ante V. G. emancipationem factam cœperit: Unde si filius familiæ tutelam administraverit, deinde fuerit emancipatus, remenare eum tutorem *Julianus ait,* at cum pupillus adoleverit, agendum cum eo, ejus quidem temporis quod est ante emancipationem, in quantum facere potest, ejus verò quod est post emancipationem in solidum *l. 11. de Tutel. & rat. distrah. l. 37 §. 2. de Admin. Tur.*

28. Sed & si filius ex minima parte sit hæres scriptus æquissimum est causa cognita etiam in hunc dari actionem in id quod facere potest *l. 2. §. 1. & l. 4. inpr. & l. 7. eod.* [ubi nota conveniri in solidum non opponi conventioni & condemnationi, quæ fit quatenus quis facere potest, sed ei quæ fit pro portione hereditaria *arg. l. 3. §. 3. Commod. l. ea que 192. de Reg. jur. l. 2. §. 2. de Verb. Oblig.* nam casus hic est quo filius non tantum suo nomine in solidum, nec tamen sine beneficio competentia, sed etiam defuncti nomine pro qua parte hæres est conveniri potest] Minimam verò partem *Glossa in l. 2. §. 1. h. t.* definit esse legitimam *arg. l. 33. C. de Inoff. Test & post eam Bachov. ad Treut. vol. 1. disp. 24. th. 9. lit. D. inpr.* ut adeo si quis in majori parte, quam quæ facit legitimam, sit institutus teneatur in solidum; sed forte melius & æquius erit ut hic comparatio instituaturs cum ipso debito *Colleg. Argent. d. 1. n. 2.* quid enim si hereditas sit 100 aureorum, & ipsam debitum 100. vel plarium aureorum, anne iniquum erit si dicamus in-

C 2

stitutum in 30. aureis, quæ certè pars ad rationem juris ff. in quo jam
versatur, major erit ipsa legitima, condemnandum esse in solidum,
atqui dices; abstinendi atq; ita evitandi condemnationem in soli-
dum potestatem esse penes ipsum institutum: sed & ego dicam ean-
dem abstinendi facultatem fuisse penes institutum in legitima, ideoq;
nec huic beneficium hoc tribuendum fuisse, & possit non magis esse
integrum instituto in majore abstinere ab eadem, quam instituto in
ipsa saltem legitima, si fortè aliàs non habiturus sit unde vivat. Et
hanc nostrum sententiam juvat *l. 4. in pr. h. t.* per quam etiam datur
hoc beneficium instituto in non modica, scilicet respectu heredita-
tis, parte, quæ tamen à debito absumi possit, sicut eandem legem in-
terpretatur *Colleg. Argent. d. t. n. 2.*

29. Illud in genere hic notandum, jam recitatas personas omnes,
[nisi fortè quis parentes & Patronos excipiendos putet propter *l. 5. 6.
& 7. de Obseq. Parent. & Patron Nov. 12. c. 2. cum Donell. enuc. d. c. poss.
lit. A. & Umm. d. disp. ult. th. 5.* Vide tamen. *l. 4. §. 16. de Dol. Mal. Et
Met. Except. l. 11. & 12. de Dol. mal. l. 63. §. 7. Pro Socio,*] se indignas facere
in terminis aliàs habilibus & convenientibus, [a quibus omnino de-
licta excluduntur *l. 4. §. 2. Quod cum eo l. 21. §. fin. de Action. Rer. amot.
l. 52. de Re jud.*] hoc privilegio per dolum inibi admissum: hinc qui
dolo fecit, ut bona ejus venirent *l. 51. in pr. de Re jud.* Item qui dolo
malo suam deminuit substantiam, quod fit dum bona sua in fraudem
futuræ actionis erogat; non etiam dum occasione acquirendi non
utitur *l. 68. §. 1. Pro Socio l. 6. in pr. & §. 2. quæ in fraud. Cred. l. Non frau-
dantur. in pr. de Reg. jur.* Sed fortiter obstat *l. 1. §. 11. & seqq. Si quis
omiss. caus. Test. l. 25. §. 8. ff. de Petit. Hered. l. 2. §. 5. de Hered. vel act.
vend. l. 10. §. pen. Quæ in fraud. Cred. Videl. l. 1. §. 6. Si quid in fraud. Patry.
factum sit. Decium ad d. l. Non fraudantur, de Reg. jur. Hillig. in Donel.
enuc. lib. 23. c. ult. lit. C.* beneficium hoc, cum æquum non sit do-
lum suum quenquam relevare amittit: *l. unic. §. 7. C. de Rei Ux. act.
l. 63. §. 7. Pro Socio l. 18. §. 1. Solut. Matrim.* [posterior tamen an in to-
tum, an saltem quatenus dolo bona deminuit, dubium esse possit
ex *ipsis U. abeg.* de quo in *Collat*] nec distingvendum hic putamus,
an dolum propter creditorem adhibuerit Debitor, ne ei solidum sol-
veret, an vero aliàs dolo ipsius res interierit, quamvis nihil dolo fecis-
set, quominus solvendo esset [qui tamen ipse etiam suo sensu potest
dici,

dici dolo fecisse, quominus solvendo sit *secundum d. l. 63. §. 7. Pro Socio*, quoad effectum, licet non quoad finem] *d. l. 18. §. 1. d. l. unic. §. 7.* nec facit pro hac distinctione *l. 68. §. 1. Pro Soc.* in verbis in Fraudem futuræ actionis; dicimus enim ea ipsa etiam vera esse in eo, qui dolo erogando bona licet non animo, eventu tamen fraudat Creditores *arg. l. 4. §. 19. in fin. de Fideicom. lib. l. 15. l. 17. §. Lucius. Quæ in fraud. Cred. §. 3. Inst. Quib. ex caus. man. non licet.* Vel si largam significationem fraudis quis hic non admiserit, ea non restrictionis sed exempli & illustrationis gratiâ à Icto non in hujus *An animus fraudandi Creditores præcisè requiratur*, Sed in alius quæstionis, *An ut aliquis dici queat fecisse quominus facere possit, sufficiat eum occasione acquirendi non esse usum* occupato atq; ita q. aliud agente fuisse inspersa. Sed non inconvenienter quaritur hic, an dolus in hac materia etiam comprehendat latam culpam? Negat *Duaren. ad l. 18. §. Solut. Matr.* Nobis affirmativa verior videtur: licet enim lata culpa à dolo in specie differat & diversa sit *l. 7. §. 1. de Suspect. Tut. l. 1. §. 3. inf. de Mag. conveniend.* maximè in criminalib. *l. 7. Ad l. Cornel. de Sicar.* attamen in civilibus causis, & ubi de periculorei præstando quaritur eadem est ratio doli & latæ culpæ *arg. l. 1. §. 2. Si is qui test. liber. l. 29. in pr. Mandat. l. 8. §. de Precar.* etiam si dolus notetur cum particula taxativa *l. 23. de Reg. jur. d. l. 1. §. 3. Si is qui test. liber. l. 1. §. 5. de Oblig. & Actio. l. 1. §. hæc actio si mensor fals. mod. ut adeo non obstet l. 18. §. Solut. Matr. l. 63. §. 7. Pro Socio. Vide Bächov. ad §. Item in Inst. de Obligat. n. 3. & ad Treut. vol. 1. disp. 26. th. 2. lit. A. vers. Imò.* Et affirmativam hanc optimè probat etiam, *l. 2. §. 5. de Hered. vel actio. vend.*

30. Propter mendacium quoque & dolum in eo admissum, Filius familias, qui se patremfam. dum contraxit mentitus est, postea à Patre vel exheredatus vel emancipatus, secundum dicta superius, tenetur in solidum *l. 4. §. 1. Quod cum eo l. 10. de Rejudic.* Socio item qui se socium esse negavit, negatur hoc beneficium *l. 67. inf. Pro Soc. l. 22. §. fin. ff. de Rejud. arg. l. Si dubitatio 10. §. 1. de Fidejuss.* quia mendacium circa id quod fundamentum & causa est privilegij facit perdere privilegij Hieron. Cuch. in addit. ad Decium de Reg. jur. l. Divus pius 28. lit. D. quæ ratio cum non minus militet in cæteris debitoribus privilegiatis, quam in filio & Socio, conveniens quoq; erit ut idem jus in omnibus

observetur Vide Hieron. Cuchal. d. loc. Dissentit. Duaren. ad d. l. 25.
Hic autem 1. quæritur, quid statuendum de eo, qui negat simpliciter
& generaliter quod actor intendit? Secundum strictum jus defendi
posset, amitti hoc casu beneficium; quasi satis inficietur se, V. C. so-
cium esse qui negat generaliter, quod est in Intentione Actoris, nimi-
rum Societatem contractam esse, reumq; ex Societate debere arg. l. 13.
§. 3. de Reb. dub. l. 9. §. 5. de Interrog. Actio. §. Præterea Inst. de Inut. Stip.
Æquitas tamen contrarium svadet arg. l. Oblig. gen. 6. de Pign. l. 3. Quod
quinq; jur. l. Si quis intentione ff. de judic. potuit enim reus sentire se non
debere ex societate, quamvis socius sit. Consultè ergo fecerit actor,
si petierit, ut Specialiter reus declaret, an sit socius, ut docet Duaren. ad
d. l. 22. adde Schneidrvin. ad §. Sed et si quis Inst. de Actio. n. 4. in fin.
Quæritur 2. An Pœnitentiæ hic sit locus, ita ut qui se initio socium ne-
gavit, si postea se talem profiteatur, hoc beneficium salvum habeat?
Utiq; ad litis usq; contestationem arg. l. quamvis de in jus voc. l. 26. §.
Neq; de Noval. actio l. de Ætate §. fin. de interrog. act. pœnitentiæ locum
relinquimus cum Duar. ad d. l. 22.

31. Eleganter etiam hic quæritur, si paciscatur maritus, ne in id
quod facere possit, condemnetur, sed in solidum, an hoc pactum ser-
vandum sit? Et negatur [modò id servari nolit Maritus; nam alioqui
sponte solvere potest l. 8. cum l. seq. de Condict. Indeb. Duaren. ad l. 14.
§. 1. Solut. Matr.] servari oportere, cum contra receptam reverentiam,
quæ maritis exhibenda est, adeoq; contra bonos mores sit l. 14. §. 1.
Solut. Matrim. cui ne obstet l. un. §. 7. C. de Rei Ux. actio. in verbis.
Nullo pacto adhibito, vel dicendum est, Argumentum à contrario sen-
su contra expressum textum non valere, vel d. textus referendus erit,
ad pactum quod modum & tempus restituendæ dotis concernit Ba-
chov. ad Treut. vol. 2. disp. 24. th. 4. lit. H. vers. Maritus. nec distinguen-
dum hic existimem inter pactum constante matrimonio initum, &
initum soluto eo: quid enim referat, an pactum soluto jam matrimo-
nio fiat, an eo adhuc constante, sed in tempus soluti matrimonij, ante
quod tamen nullas vires habere potest, conferatur? Vide l. 62. de He-
red. Inst. l. 3. de Constit. pec. Duaren. ad l. 14. §. 1. Solut. Matr. Zanger. de
Exception. part. 2. c. 14. n. 12. quin amplius nec renunciationem qui-
dem hanc juramento confirmari posse verius est per l. Non dubium
C. de U.

C. de l. l. 7. §. 16. de Pactu e. non est obligatorium. de Reg. jur. in 6to Dudren. ad d. §. 1. Sed an quod de marito dictum est, extendendum sit ad ceteros, qui habent beneficium competentia; non immerito quaeritur? Negat *Zanger. de Except. d. c. n. 32.* quoad reliquos omnes, & in terminis Donatoris *Decius ad l. Divus Pius. de Reg. jur. vers. quinto arg. l. pen. C. de Pactu* Distinguit *Coler. de Process. Execut. d. p. 2. c. 3. n. 127.* inter personas, ut illae quidem quae ob sanguinis & reverentiae rationem hoc privilegium habent, renunciando sibi non praediciant. *arg. d. l. 14. §. 1. Solut. Matr. l. 7. §. 16. de Pactu.* reliquarum vero renunciatio efficax sit; quae sententia non improbanda videtur: adde *Donell. d. c. lit. Z.* in qua simul hoc notandum venit, quod is quoque huic beneficio renunciassent intelligatur, qui integrè promissit debitum solvere *Dec. ad l. Divus pius de Reg. jur. n. 8. Zanger. de Except. d. loc.*

32. Sciendum etiam hic est, ipsas saltem personas ante commemoratas habere hoc privilegium, non etiam heredes earum: illi enim [modo non sint filij mulieris qui patri, heredes extiterunt *l. 18. in pr. Solut. Matr.* quamvis nec proprie hi ipsi excipiantur, cum non quaerantur heredes, sed quaerantur filij jure proprio hoc privilegio fruantur; ideoque idem obtinebit in nepotibus, in liberis item heredibus mulieris si conveniantur a parente) non in id quod facere possunt, sed in integrum tenentur *l. 25. de Re jud. l. 12. l. 15. §. 1. Solut. Matr. l. 8. C. eod.* quoniam hoc privilegium, ut personale, cum persona extinguitur, nec ad heredem transit *l. in omnibus de Reg. jur. l. 4. §. 3. Quod cum eo l. 63. §. 2. Pro Socio l. 15. §. 1. Solut. Mat. l. 41. in pr. de Re jud.*

33. Sed & si fidejussor acceptus sit rei vel actionis, non proderit ei, si persona pro qua fidejussit, in quantum facere potest condemnanda est *l. 24. in pr. de Re jud. l. 41. in pr. eod. l. 7. in pr. de Except. l. 63. §. 1. Pro Soc.* ex quo efficietur, in his terminis ferè inutile fore hoc remedium, quoniam fidejussor in solidum exactus itidem in solidum exiget actione Mandati vel negotiorum gestorum reum principalem: nec juri consonum videtur remedium à Dd. hic excogitatum, ut fidejussor conventus denunciaret reo principali, & hic veniens iudicium in se suscipiat, & hanc exceptionem opponat; quin hoc si admitteretur, clusoria redderetur & planè nugatoria divisio Exceptionum in Personae & rei coherentes, nullaque esset exceptio competens reo, quae non eadem

dem prodesset etiam fidejussori: nec obitat *l. idem* §. 10. §. 12. *Mandati*
Vide Duaren. ad l. 24. de Rejud. Bachov. ad §. fin. Inst. de Action. Et hæc
obtinent in Fidejussore non tantum ante reum principalem de toto
debito sed etiam post reum principalem jam in id quod facere potest
condemnatum, de residuo, quod creditori adhuc abest, convento:
nulla enim hinc apparet ratio differentiae.

34. Alia causa est Defensoris & Procuratoris, quem placet suffi-
cienter videri defendisse, si tantum actori præstet, quantum conseque-
retur, si ipsum reum principalem convenisset *l. 14. in pr. Solut. Matr.* est
enim defendere, eandem vicem subire, quam reus solet *l. Si minor. si.*
de Procur. ideoque si E. G. maritus solidum facere nequeat, non prodest
actori, defensorem solidum facere posse, & vice versa, si Procurator
solidum facere nequeat, non nocet hoc actori, modo maritus soli-
dum facere queat: ceterum hæc ipsa demum vera sunt, si condemna-
tio fiat vivo principali: hoc enim mortuo in solidum damnatur *l. 23.*
de Re Jud. ratio forte hæc est, quod cum ipso marito moriatur ipsum
beneficium, heredesque, in quos transit iudicium coeptum, & quo-
rum partes jam agit defensor, in solidum teneantur, ideoque fallit hæc
limitatio, si ipsi quoque heredes [*vide th. præc. 32.*] beneficium compe-
tentiae habuerint, *Gloss. ad d. l. 23. de Re jud.*

35. Nec tantum ex parte ejus Cui, sed etiam alterius Contra quem
competit hoc beneficium personale est. Unde adversus heredem
creditoris, contra quem ipsum efficax erat exceptio, erit inefficax:
excipit Duarenus *ad l. 12. §. 1. Solut. Matrim. & ad l. 27. eod.* heredem
mulieris, quicumque is fuerit, à marito dotem repetentem: sed uti hoc
rationem habet in eo herede qui filius est mariti, à quo repetit dotem
arg. l. 18. in pr. Solut. Matrim. [repetere enim licet huc dicta *th. 32.*
sed ratione inversa] ita dubio non caret in reliquis, quamvis indistin-
ctè loquatur *d. l. 27. Solut. Matr.* Illud fortè defendi queat contra he-
redes eorum, qui vivi alimenta debitori ex officio pietatis debebant,
aliquando esse locum beneficio *arg. l. 5. §. 17. de Agnosc. & alend. lib.*
Nov. 89. c. 12. §. 6. At hoc certi juris est, quod maritus, qui minus face-
re potest, dote publicata condemnetur Fisco saltem in id quod facere
potest *l. 36. Solut. Matr.* item quod si prior maritus, posteriori marito
dotis nomine tanquam debitor mulieris dotem promiserit, non plus,
quam

quam id quod facere possit, dotis futurum sit *l. 32. eod. l. Mævio §. à me de legat. 2. Duaren. ad d. l. 32. & ad l. 41. de Re jud. Vide Gloss. ad d. l. 32.*

36. Non aliena ab hoc loco quaestio sit, An maritus contra Extraneum, qui dotem pro muliere dedit, eamq; sibi reddi stipulatus est *juxta l. un. §. Accedit. C. de Rei Ux. act.* hoc privilegio juret. Schneidwin, quidem *ad S. item. si de dote u. 8.* distinctione quaestionem hanc expedire contendit, mihi tamen simplex negativa verior videtur, dum rationem, quæ svaserit introduci beneficiu, hoc in casu ostendere difficile fuerit: pro qua etiam sententia facit *l. 84. & 33. de jure dot.* si enim Extraneus conventus ex promissione dotis non habet hoc privilegium de quo pluribus *th. seq.* nec habebit maritus conventus ab extraneo de restitutione dotis.

37. Ex eo etiam, quod diximus, beneficium hoc ex parte ejus quoq; contra quem competit, esse personale, amplius sequitur, quod si cum primus tibi donare vellet, & tu donandi secundo voluntatem haberes, primus secundo ex voluntate tua stipulanti promiserit, perficiatur quidem donatio, sed quia nihil primus secundo, à quo convenitur, donavit, in solidum, non in id quod facere potest, condemnatur; idemq; custoditur, etsi deleganti eo, qui donationem erat accepturus, Creditori ejus donator promiserit: & hoc enim casu Creditor negotium suum gerit *l. 33. §. fin. de Donat l. 41. §. 1. de Rejud. l. 19. inpr. & l. pen. de Novation.* Non aliud observatur in eo, qui pro muliere, cui donare volebat, marito ejus dotem promiserit *d. l. 41. inpr. de Rejud.*

38. Alia causa est Procuratoris Actoris, quæ placet sufficienter videri egisse & accepisse, si tantum acceperit, quantum consequeretur ipse principalis, si egisset: idq; licet expressis verbis & interminis non tradatur in jure, tamen per bonam consequentiam elici potest ex ante *th. 34. dictis* de defensore & procuratore Rei; & si contrarium admiserimus, concedemus potestatem principali creditori, nullo negotio intervertendi Reo debitori hoc beneficium. Secundum quæ non obstat *l. 33. de jure dot. dictis supr. th. preced.* in ea enim ipsa nulla facta delegatione, mulier actionem suam, ex promissione donandi animo facta, sibi competentem, in dotem dedisse intelligitur, ut proinde marito tanquam ex persona & nomine uxoris agentis, jure Exceptio Competen-

D tia

tiæ objiciatur *Bachov. ad Treut. vol. 2. disp. 7. th. 12. lit. A. & B.* aliter hanc rem considerat *Duaren ad l. 41. de Rejud.* aliter item *Donell. enuc. d. 6. lit. Cc.*

39. Quæritur hic etiam, an creditori, si ipse eadem paupertate, qua reus, prematur, adeoq; casu, quo solidum non consequeretur, ipse non minus inopiâ esset laboraturus, destitutus eo undè vivat, quam reus si solidum præstare teneretur, hoc beneficium opponi queat. N. quia ordinata charitas incipit à se ipsâ *arg. l. Præses Provincia. C. de Servit. & Ag. & tunica pallio proximior est, ideoq; magis debitorem, quam creditorem propter debitorem egere convenit. Schneidvvin. ad §. Item si Inst. de Action n. 6. Coler de Process. Execut. d. c. 3. part. 2. n. 126.* pro qua etiam sententiâ facit tum textus *l. 5. §. pen. & ult. de Agnos. & Alend. lib. l. 2. C. de Alend. lib. l. 1. §. 4. de Tut. & rat. distr.* tum ratio, quod major sit favor suum repetentis, atq; ita certantis de damno vitando, quam lucrum captantis *l. 3. de damn. infect. l. fin. §. 2. inf. C. de Codicill. l. nõ debet 41. §. 1. de Reg. jur.* quæ omnia cum invertantur in Donatario & Donatore, merito invertenda etiam videntur decisio quæstionis, ut major Donatoris, licet debitoris, habeatur ratio quam Donatarij licet creditoris, adeoq; illi contra hunc etiam inopem beneficium competentiaæ allegare liceat.

40. Restat jam ultimò, ut ostendamus, quando beneficium competentiaæ sit allegandum, & quodnam tempus judici in æstimatione ejus quod quis facere potest, sit inspiciendum: quoad primum igitur hic sciendum est, Exceptionem hanc licet non peremptoriam sed dilatoriam [constat enim superesse actionem, tum contra ipsum reū semel conventū, tum contra heredes & fidejussores: constat item, hac exceptione tutum si solidum solvat, nihil repetere *l. 8. & 9. de Condi. Indeb.* quod in exceptione peremptoria secus est *l. 40. inpr. & §. fin. l. 26. §. 7. de Cond. Indib. l. 32. §. 1. l. 43. eod. Bachov. ad Treut. vol. 2. disp. 26. th. 4. lit. H.*] non solum ante, quo tempore aliàs regulariter Exceptiones dilatoriaæ proponendæ sunt *l. ult. C. de Excep.* Sed etiam post litem contestatam [hodie quidem indistinctè; sed ex ratione juris veteris distingvendum fuerit inter bonæ fidei & stricti juris judicia; in his enim, quia præcisè judex erat adstrictus formulæ, nec extra eam quidquam poterat, necessariò in jure apud Prætorem ante litem contestatam

testatam proponendam & formulæ inferendam fuisse verisimile fit per ea quæ in genere tradit *Bachov. ad §. ult. Inst. de Except. n. 3.*] opponi posse; imò & post sententiam in ipso executionis puncto *l. 17. §. ult. Solut. Matr. l. 41. §. fin. de Rejud. l. 19. §. 1. eod.* neque enim per hanc in fringitur rei judicæ autoritas, quæ facit ne Exceptio etiam peremptoria post sententiam admittatur *l. 2. C. de Sent. rescind.* Sed imò, dum reus hac ipsa exceptione fatetur se totum debere, confirmatur, & modus saltem executionis temperatur, cujusmodi Exceptiones post sententiam & rem quoq; judicatam admitti testatur *Wesemb. Parat. ff. de Exception. n. 10. in fin. adde Donell. enuc. d. c. lit. Pp.* Ubi hoc notandum, quod si opponatur hoc privilegium ante sententiam, tunc operetur ne reus ultra condemnatur quam facere potest; si vero post sententiam, licet condemnatio sit facta in solidum, tamen moderetur executionem *Schneidvv. ad §. Sunt præterea Inst. de Actiõ. n. 12.*

41. Alia hinc oritur quæstio, An judex, si forte debitor non allegaverit inopiam suam & beneficium Competentiæ sibi competens, nihilominus cum hac Exceptione sententiam pronunciare, atq; ita eam à parte jomissam supplere debeat? Constat si in genere de Exceptionibus quærat, non esse judicis, quia in facto versantur, eas supplere *l. 4. §. hoc autem de Damno infect. atq; ita partes agere Rei vel Advocati Bachov. ad Treut, vol. 2. disp. 26. th. 7. lit. C. Wesemb. ff. de Except. n. 9. in fin. Gail. 2. Observ. 27. n. 5.* Cum igitur hoc ipsum in nostra specie mutatum non reperitur, quare ea sub genere stare prohibeatur? *Diss. Duaren. ad l. 17. §. si in judicio ff. Solut. Matr.*

42. Quid si reus opposuerit quidem Exceptionem, sed judex nihilominus ipsum in solidum condemnaverit? Aut judex condemnavit exceptione reprobata quasi non justa sit, & succurritur Reo per exceptionem doli *l. 17. §. 1. Solut. Matr.* cum enim hæc cum qualibet alia in factum Exceptione concurrat *l. 2. §. 5. de Dol. Mal. & met. Except.* merito etiam cum nostra concurrat. *Duaren. ad d. l. 17. §. 1. Solut. Matr.* aut judex inquisivit in facultates & quia eas sufficientes invenit, in solidum condemnavit, & merito reus excluditur ab ulteriori ejusdem allegatione, *Hillig. in Donell. enuc. d. c. lit. Qq.* nisi post rejectionem & condemnationem ante executionem demum nata fuerit, de quo casu in sequentibus.

43. Secundum quod attinet, cum variè facultates pro tempore mutari contingat, non abs re quæritur, quodnam tempus in æstimatione ejus quod quis facere potest, judici inspiciendum sit? Et respondent Ichi in l. 15. in pr. & l. 53. Solut. Matr. l. 63. §. 6. Pro Socio, Spectandum esse tempus rei judicatæ seu judicandæ. Du. Umm. de Process. disp. 8. th. 4. n. 31. Hinc debitor, qui hoc tempore solvendo pro subjecta materia, est, in solidum condemnatur, licet tempore litis contestatæ solvendo non fuerit, contra etsi tempore judicij accepti solvendo fuerit, si ante sententiam deserit, solidum facere posse, hoc beneficio juvatur *Don. enuc. d. e. lit. Tr.* Hinc rursus aliæ pullulant quæstiones, an nimirum qui tempore sententiæ solvendo existens, in solidum condemnatus fuit, si intra tempus judicatis datum solvendo esse deserit, conventus postea actione judicati beneficio excludatur? 2. An is qui tempore sententiæ non solvendo existens, in quantum facere potest condemnatus, si post facultatibus auctus fuerit, hujus beneficii beneficio tantum hoc præstet in quod est condemnatus? Verior in utraq; videtur negativas propter cessantem nimirum hinc finem beneficij, hoc simul considerato quod eo ipso nemo in perpetuum liberetur, sed sustineatur exactio tantis per dum solvendo factus fuerit *l. Nec maritus C. Solut. Mat. l. un. §. cum autē C. de Rei Utx. act. ibi eandem durantē, tum propter l. 41 §. 2. de Re jud. l. 33. in pr. de Donat Duaren. ad l. 15. in pr. Solut. Matr. Dissent Donel. enuc. d. e. lit. Tr.* Idem judicium esto de quæstione, An qui tempore litis contestatæ non fuit privilegiatus tempore verò sententiæ factus privilegiatus, porro An qui tempore sententiæ non privilegiatus, postea factus ante Executionem privilegiatus hoc beneficio juvatur? ut nimirum nec condemnatio adversus illum, nec Executio adversus hunc fiat nisi quatenus facere potest idq; optimè probat *l. 5. in pr. Quod cum eo qui in alien.* cum etiam aliàs exceptio post sententiam nata post eam admittatur *Umm. de Process. disp. 8. th. 9. n. 59.*

Et hæc quæ de Beneficio Competentiæ pro instituti ratione dicta sufficiant, eruditiorum submitto judiciis, ab iisq; si quo in puncto tristi illo ex l. 2. §. si quid 14. C. de Vet. jur. enuc. mortalitatis usus privilegio à veritatis tramite longius aberraverim, in eundem reduci desidero:

Atq; tandem cum eodem, cum quo initium laboris feci, bono

DEO jam ejusdem finem facio.

COROL-

COROLLARIA.

I.

HÆc tria, Bonis non teneri cedere, non conjici in Carcerem, & non conveniri ultra quam facere possis, connexa quidem & sibi affinia; non tamen eadem sunt, neq; ab uno semper ad alterum necessaria consequentia *Bachov. ad Treut. vol. 2. disp. 24. th. 4. lit. H. vers. Professores & seq.*

II.

Jure nostro justiniano cessionem bonorum, si quidem eo beneficio uti non permittitur Decoctoribus, Cæteris autem humaniori remedio est succursum per *Nov. 137.* sublatam esse non improbabiler quis defenderit cum *Bachov. d. th. 4. lit. A. & B. vers. Sed de illo Rittershus. ad Nov. part. 9. c. 30.*

III.

Cessioni Bonorum renunciari non posse verius est *Bachov. d. th. 4. lit. E. vers. An renunciari.*

IV.

Incarceratio debitoris non solvendo existentis, non habet hunc finem & effectum, ut succedat in locum debiti, & per eam facultas petendi id ipsum creditoribus sit adempta sed ut Debitor tædio & molestia carceris affectus de quacunq; ratione expediendi debiti cogiter. *Bachov. d. th. 4. lit. K. Dissent. Wesenb. ff. de Cess. Bon. n. 3. in fin.*

V.

Impetrata à Debitore principali Dilatio quinquennalis fidejussoribus, etiam non propter ipsam dilationem datis prodest: nec tamen ea ipsa Usurarum cursum sistit *Bachov. d. th. 4. lit. E. vers. Quinquennalis & vers. Non verò*

VN Soldat qui s'en va hardiment à la guerre
Et suit fidelement tousiours par mer & terre
Celuy à qui il s'est par serment une fois
Obligé & à juré de servir sous ses loix,
Employe en ce mestier & la force & les charmes
Et son corps nuict & jours n'est vestu que des armes,
Il ne souhaite rien qu'un bon commencement
Pour monster sa vertu: Pour quelque avancement
Il fait bien des exploits quand il tasche d'abbattre
Ce qui s'oppose à luy & cherche de combattre
Son ennemy, jusques à tant que la valeur
Le face au haut monter du Throne de b'honneur.

Monsieur apres que vous avez voué service
A la Sainte Themis & que de sa milice
Faites Estat souvent vous vivez en Soldat
Et sous ses estandars vous cherchez le combat.
Vous ne vous souciez du travail qui bien lasse
Le corps mais non b'esprit qui bellement amasse
Cependant tout ce que luy peut grandement servir
En ceste guerre ou la Themis vous veut cherir.
Vous aimez les hazards & cherchez tel rencontre
Ou on s'oppose à vous, ou on vaillant se monstre
Contraire à vous pour mieux faire à tous confesser
Que sçavez bien gagner & le combat dresser.
Allez, Allez pousser ainsi vostre Fortune
Qui vous obéit tousiours & veut qu'on l'importune
Et qu'on la presse bien, elle vous donnera
En fin Gloire & Honneur & vous couronnera.

Commensali & amico suo dilecto
f.

JOHANNES MÜLLER
Rostoch.

Sed! Te, sacrae cultor Themistos impiger,
Quid pulpitis proponere è doctis iuvat
Exceptionem, quaeso, COMPETENTIÆ?
Dic, quid placet docere PATRIMONII
Quid sit TENERI quatenus VIRES FERUNT?
Dic, quid movet videre COMPETAT quibus
Saltem TENERI quatenus FACERE QUEUNT?
Non fallor, omen his in esse si rear,
Hoc si modo probare VIRES INGENI,
In iure dicam TE docere, quid QUEAS.
Hoc institutum grator: hunc modo scopum
Urgeto certus, POSSE CREDITORIBUS
Ex hoc chirographo tuis te solvere,
Ipso nec indigere COMPETENTIÆ
Tibi competenti iure PRIVILEGIO.

*Dn. Respondenti amico ac commensali
suo charissimo adponebat*

JOHANNES Breiger/
Neoburgo-Lunaburg.

XX

Miretur pateras Cræsus, venetur acervos
millenos auri: studeat vel corporis usu
cuncta voluptatum sibi gaudia querere, Quid sunt?
Aspera nil vitreae prater ludibria sortis,
Et quicquid ructant Epicuri de grege porci
mactandi, Stygio & torrendi semper in igne
Te iuvat, HOTINGI, Decus & Nova Fama Themistos,
mirari dotes (hanc deficit omine factum
Scilicet augusto) Themidos, quæ turbine raptam
fortuna valeant tranquillam reddere mentem


nomen

nomen & auratis super aethera ferre quadrigis,
suspendisse tholò quando Soractis anhelas
ingenii monumenta tui, virtutis amore,
imbutus gemino propinas fonteq; juris
nobis Pieriis qua lucubrata Camænis.

Juridicæ idcirco censebere jure coronæ
stella olim & patria tacito dum sidera mundo
igneæ volventur nomen ceu gemma nitebit.

Solidæ eruditionis Viro Dn. ANTONIO HOTINGIO
honoris & singularis affectus contestandi
gratiâ Lub. mer. f.


Ernestus Ludovicus Avemann
Isenacensis.




Palladis in campis est dulcis copia mellis,
Cujus qui succos extrahit atq; bibit,
Perpetuum & clarum nomen comitabitur illum,
Et fructu magno commoda magna feret.
Præsentem grator tibi fructum, grator honorem,
Præsentem, posthac faustaq; plura volo.


Johann Otto Dieterich:

F I N I S.





the scale towards document



oblationis hujus.

quoque tempore oblatio facienda, quod
vel secundum naturam vel legem ju-
n. Secundum naturam justo tempore o-
ie & non nocte debitum offerat possessor
ff. de V. O. L. 39. ff. de Solut. Nocte enim
etrimentosa possit esse creditori, quia
ulum improbae monetæ damnus grave
et. Polydor Ripa *Tract. de Nocturno tem-*
er. Greg. Tholos. in Syntagm. Jur. Univ. lib.
e. Carocc. qv. 2 de Tempore n. 1. p. 345. Nox
us apta. Unde dies consultius juxta ver-

Tempus ju-
stum est vel
secundum na-
turam vel le-
gem.

Nocte non
feri debet o-
blatio.

at menda, vitioque ignoscitur omni
formosam quamlibet illa facit
remnis, de tincta murice lana
de facie, corporibusque diem.

tali tempore nocturno facta nullius erit
; non facta habenda, quæ non impediet
ditoris propulsationem *Matth. de Afflict.*
o. n. 11.

mpore justo secundum legem offeretur
fiat die non sacro. Quantumvis enim
actus extrajudicialis causæ cognitionem
, & in mero facto consistens, proindeq;
die sacro admissibilis juxta *Carocc. qv.*
tamen ad effectum secururæ obsignatio-
accipere noluit, producendum, verius est
factam esse inefficacem *L. 3. § fin. C. de*
cap. 4. n. 22. Non enim inquietari debet
negotio creditoris animus, qui ad sancti-
bathi præparatus est, & ab aliis occupa-
is, in requie enim à laboribus & sanctifi-
catione

Neq; die sa-
cro.

E